



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Acolytvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

ACIDIA. ACOLYTUS. ACTIO.

quod iuste sibi debetur, contra illud.  
Exo. 13. Pauperis quoque non misereberis in iudicio.

ACIDIA.

<sup>1</sup> ACIDIA secundū Tho. secunda secundā q. 3. 5. a. 2. de ma. q. 9. a. 1. quoddam tedium operandi importat, nentem aggrauans, & semper est peccatum, quia vel facit dolere de bono spirituali, de quo gaudendum est, vel de malo, sed immoderatè. Et est spirituale vitium, quod facit tristitia de bono diuini, de quo charitas gaudet. Et ex suo genere est mortale peccatum, quia secundum propriam rationem contrariatur charitati: secundum Th ibi. a. 3. Si tamen in sola sensualitate consistat, & non pertingat usque ad rationis consensum, propter imperfectionem actus, erit veniale peccatum. Si autem peruenitur usque ad rationis consensum, est mortale. Et hoc est, quando ratio convertitur in fugam, horrorem, & detestationem boni diuini, carne contraspiritum omnino proualete, & contrariatur præceptio de sanctificatione sabbatis; secundum Th. ibi. suprà.

<sup>2</sup> ACIDIA mortaliter tunc, quando homo tristatur in his, quæ inimicent facienda de necessitate propter Deum, & ad salutem animæ, & adest rationis consensum. Talis enim tristitia contrariatur delectationi, quæ sequitur Dei dilectionem, & consequenter charitati contrariatur. Quando ergo quis propter tale tedium dimittit ea, quæ sunt necessaria ad salutem, vel deducit in aliquid mortale, vt pura, in desperationem, vel deliberatè appetit mortem, vel nunquam esse creatum, vel vellit esse bestia, & huiusmodi, vel deliberat facere minimè, ea ad quæ tenetur ex præcepto, vel incurrit aliquā magnam infirmitatem, potēs se iuare, peccat mortaliter. Et nota, quod hoc peccatum communiter est mixtum cum alio, vt si nunc delibero propter acidiam non ire ad missam, est unum peccatum mortale, & post non volo ire, est aliud peccatum omissionis, hec secundum Tho. vbi suprà, a. 3. de ma.

<sup>3</sup> ACIDIA est vitium capitale: secundum Tho. secunda secundā suprà a. 4. cui G reg. sex filias assignat scilicet malitiā, quæ bonū detestatur, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta, euagationem mentis circa illicita, de quibus in suis locis dicemus. Qui de alterius prosperitate tristatur, eo quod videt talēm prosperitatēm nocere contra iusticiam alteri, non dicitur acidius, nisi talis tristitia adeò cum grauaret, ut negligenter facienda, vel in malum aliquod laberetur.

ACOLYTUS.

<sup>1</sup> ACOLYTORVM officiū est præparare luminaria, & ipsa portare eorum ministris altaris: vt in c. perleatis. 25. d. Huic tradit Episcopus candelabrum, dicens: Accipe cæroferarium cum cereo, & scias te ad accendenda luminaria ecclesie mancipari. Accipit etiam vreolum vacuum ab Archidiacono, didente Episcopo. Accipe vreolum ad effundendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi. Et in datione vreoli, imprimuit character: secundum Th. 4. sen. d. 14. q. 2. & circa ipsum est eius principalis actus.

<sup>2</sup> ACOLO YATVS est supremus ordinis inter quatuor minores: secundum Tho. ibi. Acolytus etiam præparat vreolos eum vino & aqua. Tho. suprà, cuius principalior actus est in ministerio vreoli, quam candelabri.

ACTIO.

<sup>1</sup> ACTIONES à iure ciuili ortum habent: secundum Innocent. capitul. quæ in ecclesiastum. de constitut. quædam dicuntur bonæ fideli: vt in c. cum venialis, de exceptio. quædam stricti juris, institu. de actio. s. actionum. Quædam dicuntur actiones personales de quibus referunt Gemi. capi. dispensia de rescript libr. 6. addu. cens Franciscum Vercellen. quædam dicuntur reales. de quibus Gemi. vbi suprà. Sed quoniam hæc materia ad forum contentiosum pertinet, propterea me non ultra extendo de huiusmodi.

ACTVS

